#

1

Illustrissimo Excellentissimo ac Reverendissimo Domino Domino
MICHAELI IGNATIO ZIENKOWICZ DEI & Aplicæ
Sedis Gratiâ Episcopo Vilnensi Benefactori Colendissimo

Illustrissime ac Rndme Domine. Vacat ad præsens Ecclesia Parochialis Bystrzycensis
post fata Am: Rdi Dni Stephani Paszkiewicz sui ultimi & immediati possesoris ad quam Ec-
clesiam modo præmisso Vacantem. Ego pro Iure patronatûs ac Collationis meæ Admodum
Rndum Dnum Iosephum Sienkowski præsentandum esse duxi. Ut quidem Illmæ Ex-
cellentiæ Vestrae per easdem presento, pro eo, & cum eo, Supplicando quatenus hunc &
non alium a me præsentatum Illustrissima ac Rdmâ Excellentia Vestra instituere ac investire
dignetur. Curam Animarum, Administrationem Spualium & Regimen temporalium rerum præfato
Rdo Dno Iosepho Sienkowski præsentato Parocho Bystrzycensi plene integre ac totaliter Commit-
tendo prout id ad Officium præsens. Illmæ Excellentiæ Vræ spectare ac pertinere dignoscitur. In quorum fidem
hasce præsentationis pro Iure Patronatûs mei literas, Sigillo munitas propria manu mea Subscribo. Datt:
Vilnæ Aº 1731 10 Mensis Iunij

Illmæ Celsitudinis Vræ

Humillimus servus.

Georgius Casimirus Ancuta
Episcopus Antipatrensis Suffra-
ganeus et Scholasticus Cathedlis
Vilnensis Referend: M. D. L.
mp